

MAXIMILIANUS HENRICUS
 Dei & Apostolica Sedis Gratiâ Electus
 & Confirmatus S. Coloniensis Ecclesiæ
 Archiepiscopus, S. Romani Imperii
 Princeps Elector, & per Italiam Ar-
 chibancellarius, ac dictæ Sedis Legatus
 Natus; Episcopus ac Princeps Leodi-
 ensis Hildesheimiensis: Administrator
 Berchtesgadenensis, utriusque Bavariæ,
 nec non superioris Palatinatus, West-
 phaliæ, Angariæ, & Bullionis Dux, Co-
 mes Palatinus Rheni, Landtgravius
 Leuchtenbergensis, Marchio Francon-
 montensis, Comes Lossensis, & Hor-
 nensis &c. Venerabili Clero, & uni-
 versis ac singulis Christi-fidelibus Ci-
 vitatis & Archidiocesis Nostræ Co-
 loniensis Salutem in Domino
 sempiternam.

CAPUT I.

CUM ex inuncti Nobis Archiepis-
 copalis muneris debito, ob quam
 plurima, eaque, quorum mole
 assidue premimur, gravissima negotia,
 nequaquam per Nosmetipsos sumus suf-
 ficientes omnibus; Spiritualibus autem

Episcopo ni-
 onis occupato
 licet cæquis
 spiritualia
 per tres Ge-
 nerales Vi-

com-

comprimis intendere, poriffimùm ^{caros, Suffraganeum,} Noſtrum ſit ſtudio & conatus, Gene-
rales tres, ut Vicarios, qui in partem ^{Vicarium in} oneris Noſtri Archiepiſcopalis per Civi-
tatem & Archidiceceſin Noſtram Co-
lonienſem ſuccedant, conſtituamus, ^{Spiritualibus & Officialibus} quorum geſta
ſacri Nobis Canones & jura permit-
tunt. Primus horum in Pontificalibus
vices Noſtras gerens, uſitato paſſimi
nomine Suffraganeus. Alter qui Spi-
ritualia curat, recepto loquendi mōre
ſimpliciter Vicarius in Spiritualibus.
Tertius qui præcipuè intendit cauſis
tori contentioſi, proprio nomine Offi-
cialis appellatur.

C. poteſt quis per alium 68. & c. qui facit
per alium 72. de reg. jur. in 6. l. 1. §. penult.
de procur. Et cum ſinguli Officium, quod
Epifcopo conſtituenti Ordinario jure compe-
tit, ipſius vice & nomine exerceant, eandem
cum illo Ordinariam in ſuo unoquoque mu-
nere juriſdictionem participant, ſicut colligi-
tur ex c. inter cetera de Off. Jud. Ord. c. cum
Epifcopus eod. tit. in 6. l. ſolet 16. cum ſeq.
ubi glaſſ. & DD. ff. de juriſd. omnium judic.
Raccius in praxi Reſolut. 199. Zoëſius com-
ment. in lib. 1. Decretal. tit. 28. n. 10. & II.
& Rota diverſ. part. 2. deciſ. 297. & apud Se-
raph. deciſ. 1057. n. 5. De Vicario enim in
Pontificalibus Generali ſeu Suffraganeo patet
ex c. quoniam in plerisque ubi glaſſ. & DD.
verbo Vicarium de Offic. jud. Ord. & c. ſi
Epifcopus de Prab. in 6. De Vicario autem

in Spiritualibus Generali ex c. in nona 16. q. 7. c. cum nullus de temp. Ord. in 6. & c. cum in generali de offic. Vicarii eod. 6. De Officiali denique ex c. 2. de consuet. in 6. citata c. cum nullus: item ex c. licet ubi gloss. verbo Officialem c. cum in generali de Offic. Vicarii in 6. Clement. 2. de rescript. juncta glossa ibidem verbo Officialis. Debent autem singuli limites suae potestatis observare, non egredi, nam alias factum non teneret. Zoesius loc. citato n. 10.

Eorum fa. §. 2. Et quoniam trium istorum Vicariorum potestates propriis Officialibus & dignitatibus discretæ sint, jura etiam decernant, quantum cuique Generali Vicario jurisdictionis competit, neque Nos majorem Nostri Vicariis in utroque foro jurisdictionem tribuere, quam jure ordinario ipsis competere debeat, prohibeamur: quia tamen annis superioribus non raro fuit animadversum, ex non satis discriminata singulorum facultate confusas jurisdictionis actiones, nimias functionum dilationes, animorumque offensiones, præter Nostram intentionem, interdum fuisse subortas. Hinc Nos post hac incommodis ejusmodi occurrere cupientes, omnino volumus cujusque Vicariatus unicuique, cum in foro interno, tum externo volun-

voluntario & contentioſo, tam à jure communi, quàm à Nobis tributam juriſdictionis poteſtatem diſtinctam eſſe, illamque integram, intactam & illæſam ſervari.

§. 3. Quod ut clariùs omnibus & *Ad Vicari-*
ſingulis, ad quos ſpectat, conſtet, de- *um quidem*
claramus & præſentium tenore decer- *in Pontifica-*
nimus, ea omnia competere Vicario *libus Gene-*
Noſtro in Pontificalibus Generali, quæ *ralem ſpee-*
ſunt Pontificalia, quæ item verſantur *tant exerci-*
circa poteſtatem ac miniſterium Ordi- *tin Ordinis*
nis & dignitatis Episcopalis, vel ei ſic *Episcopalis,*
connexa & conjuncta ſunt, ut quocun- *uti Eccleſiæ,*
que tandem modo ex eo pendeant, cu- *Altaria, Ca-*
juſmodi ſunt; quarumcunque Civita- *lices, Pate-*
tis & Archidieceſis Noſtræ Colonien- *nas & Cam-*
ſis Eccleſiarum, tum Metropolitanæ, *panas conſe-*
tum Collegiatarum, Parochialiumque *crare, atque*
& quorumvis Ordinum Regularium, *indulgentias*
tam virorum, quàm mulierum, & alio- *elargiri.*
rum quocunque nomine cenſentur lo-
corum piorum Altaria, Calices, Pa-
renas, Campanas, atque ipſasmet Ec-
cleſias conſecrare: nec non ratione mu-
neris ſui Episcopalis Indulgentias unius
anni in ipſo die Dedicacionis ſeu Conſe-
cracionis cujuſque Eccleſiæ vel Altaris,
& in die Anniverſario Conſecracionis
hujusmodi (ſicut & aliam ob cauſam

iustam, atque in casibus Episcopo jure
Ordinario permittis) quadraginta die-
rum Indulgentias elargiri.

C. perlectis §. ad Episcopum dist. 25. c.
quomodo dist. 68. c. quanto ubi gloss. ver-
servata & Abb. n. 2. & 3. de consuet. c. trans-
missam ubi gl. fin. de elect. c. aqua ubi gloss.
verb. jurisdictionis & Abb. num. 2. 4. & 7.
de consec. Eccl. c. accedentibus ubi Abb. n.
2. de excess. Pralat. c. cum ex eo §. adhuc &
ubi Abb. n. 5. de penit. & remiss. c. 1. & fin.
eod. tit. in 6. ubi Fran. n. 4.

Ecclesias & §. 4. Item quaslibet Ecclesias, Ca-
Capellas de pellas, Oratoria, Altaria, ac loca pia
novo exstrue- de novo ædificandi, eademque si ru-
re & destrue- nam minentur, vel in meliorem sin-
re atque ex- nificanda reducenda formam, vel in commo-
structas be- diorem locum transferenda, demo-
nedicere, & liendi: Ecclesias quoque, Capellas, &
in Altari Oratoria recens ædificata & nondum
portali cele- consecrata juxta regulam in Rituali
brandi licen- Romano positam benedicendi, nec
tiam imper- non in Ecclesiis hujusmodi Capellisque
siri. & Oratoriis super Altari portatili con-
secrato sanctissimum Missæ Sacrificium,
sicubi id exegerit necessitas, & ad bre-
ve tempus, celebrandi, divinaque ibi-
dem Officia peragendi facultatem
dare.

Rituale Rom. tit. Ritus benedicendi no-
vam Ecclesiam.

§. 5. Adhæc Ecclesias & loca sacra, *Loca sacra*
aut illis annexa, si quæ violari contin- *violata re-*
gat, reconciliare, *conciliare.*

§. 6. Cæmeteria, Cruces, Imagi *Cæmeteria;*
nes, Corporalia, Tabernacula, qua *Cruces, Ima-*
liacunque regumenta, ornamenta, pa- *gines, & que-*
ramenta & indumenta Ecclesiastica, ac *vis ornamen-*
quævis alia vasa & utensilia ad divinum *ta, Paramen-*
cultum peragendum necessaria bene- *ta, & uten-*
dicere, eaquæ benedicendi, atque vio- *alia Eccle-*
lata loca reconciliandi licentiam, qui- *astica bene-*
busdam idoneis ac probatis Sacerdoti- *dicere.*

bus, secundum potestatem à Sede A-
postolica Nobis peculiariter factam,
ac de expressa summi Pontificis volun-
tate à Nobis eidem Nostro Suffragane-
neo communicatam, atque Pontifica-
lis ac Ritualis Romani normam, vice
Nostra & Apostolica Nobis attributa
& ut supra dicto Suffraganeo Nostro
communicata auctoritate concedere.

§. 7. Item facta electione quorum-
cunque Abbatum & Abbatissarum, *Electorum*
quibus Archiepiscopali Nostra aucto- *Abbatum &*
ritate Ordinaria impendendum est *Abbatissa-*
confirmationis munus, electionis for- *rum qualita-*
mam & actum, atque electæ personæ *tes examina-*
habilitatem, fidem, ætatem, vitam, *re, eosque*
mores, prudentiam, & alias qualita- *post impetra-*
tes requisitas ex præscripto Sacrorum *tam Confir-*
Canonum, Conciliiquæ Tridentini & *mationem*
benedicere.

Constitutionis fel. rec. Gregorii hujusce nominis XIV. Papæ diligenter examinare, explorare, inquirere & discutere, ac deinde si, præmissa per se diligenti examinatione hujusmodi & disquisitione, ritè omnia confecta, & ipsam personam electam dignam esse & idoneam, atque à Nobis confirmationis literas obtinuisset competerit, eandem, juxta ritum in Pontificali præscriptum, benedicere.

O. Venerabilem de elect. est enim, inquit ibi text. regulariter & generaliter observatum, ut ad eum examinatio personæ pertineat, ad quem impositio manus spectat & colligitur ex c. nihil est de elect. c. indemnitate cod. tit. in 6 gloss. An. in c. cum ex injuncto de hæret. c. si Episcopus ubi gloss. de præb. in 6. Concil. Trid. sess. 23. de reform. c. 7. 11. & 12. sess. 25. de Regul. cap. 6. & 7. Gregorii Papæ XIV. consil. 6. Bullarii tom. 2. Concil. prov. Col. sub Herman. no 5. part. 1. cap. 10. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. & seq.

Sacra olea benedicere.

§. 8. Quintâ feriâ Ccenæ Domini Oleum Catechumenorum & Infirmorum benedicere, Chrisma conficere.

Primam tonsuram, minores, & majores Ordines conferre; Ordinandos examinare, super interstitiis, Ir-

§. 9. Primam itidem Tonsuram, omnes, etiam sacros ac Presbyteratus Ordines aptis & idoneis personis conferre, Ordinandos examinare, admittere, vel rejicere eorundem qualitates & dotes, vitia ac defectus animi seu corporis cognoscere, & dijudicare, super interstitiis

& sacro Concilio Tridentino præscriptis, nec

nec non irregularitatibus & suspensionibus ex delicto occulto, non tamen homicidio voluntario, provenientes, & cumeo, qui defectum patitur natalium, ad Clericalem Tonsuram & quatuor minores Ordines, juxta communis juris & ejusdem Concilii Tridentini dispositionem, dispensare.

Concil. Trid. sess. 23. de reform. cap. 7. II. 13. & 14. & sess. 24. de reform. cap. 6. c. 1. de illis Presbyt. in 6.

§. 10. Insuper, ut necessitatibus Ecclesiarum Civitatis & Archidiececesis Nostræ Colonienfis circa ministrorum idoneorum penuriam melius prospiciatur, cum Clericis Nostris subditis super defectu ætatis unius anni, ut ad Presbyteratum promoveri possint, nec non cum hæreticis, atque etiam cum hæreticorum filiis ejusdem Civitatis vel Archidiececesis Nostræ subditis, præviâ tamen hæresum abjuratone judiciali, sanctæ Matri Ecclesiæ reconciliatis, ut ad sacros etiam Presbyteratus Ordines, si aliâs idonei sint, nec aliud Canonicum obstat impedimentum, promoveri possint, dispensare. Item quatuor minores & sacros Subdiaconatus, Diaconatus & Presbyteratus Ordines, extra tempora ad id à jure statuta, & non servatis interstitiis, Clericis pariter Nostris subditis conferre, juxta peculiare à Sum-

*regularitati-
bus, suspen-
sionibus, &
defectu nata-
lium dispen-
sare.*

Super defectu ætatis unius anni ad Presbyteratum dispensare: hæreticos, eorumque filios conversos Ordinare: extra tempora, & non servatis interstitiis, omnes etiam Presbyteratus Ordines conferre.

mo Pontifice in Congregatione Generali sanctæ Romanæ & universalis Inquisitionis facultates Nobis concessas, & de expressa ejusdem Pontificis Maximii voluntate à Nobis dicto Suffraganeo Nostro communicatas.

Ab Ordinandis fidei professionem recipere. §. 11. Ab Ordinandis fidei Catholicæ professionem juxta formulam à Pio IV. Summo Pontifice fel. mem. præscriptam, per se, vel alium à se deputatum, recipere.

Pii Papa 4. constitut. 39. Bullarii tom. 2.

Literas dimissorias ad Ordines ab alieno Antistite accipiendos concedere.

§. 12. Literas itam dimissorias quibusvis Nostreis Archidicecæsanis Colonienfibus, qui ab alieno Episcopo petunt Ordinari, concedere. Nam quæ admodum, ex Apostolicæ sedis delegatione & expresso Nostro consensu jus & potestas Ordinandi cunctos Civitatis & Archidicecæsis Nostre Colonienfis subditos Ordinis capaces, tam Seculares, quam Regulares, quantumvis exemptos, est penes Nostrium in Pontificalibus Generalem Vicarium, tanquam ordinarium ministrum Sacramenti Ordinis ex vi & potestate sui officii; ita ad eundem quoque Nostrium in Pontificalibus Vicarium vel maximè spectat, literas dimissorias dare iisdem Nostreis subditis Archidicecæsanis, qui ab alio Episcopo perunt Ordinari: is enim rectè potest dimissorias literas concedere, qui

&

& licitè ordinare valet; cùm ejusdem sit potestatis Ordinare, vel litteras dimissorias concedere. Quare nemo Civitatis aut Archidiecefis Nostræ prædictæ, vel Secularis, vel Regularis, etiam quantumcunque exemptus, ad Primam Tonsuram aut Ordinem aliquem ecclesiasticum coram alieno Episcopo se præsentet, nisi de speciali Nostra, Nostrive Vicarii in Pontificalibus Generalis licentia in scriptis obtenta: neque etiam qui alterius Dicecesis est, Nostro in Pontificalibus Vicario præsentetur absque Antistitis sui Dicecesani vel ejus Vicarii in Pontificalibus Generalis litteris dimissorialibus, in quibus ipsius natales legitimi ex Catholicis Parentibus, Baptismus, Confirmatio, Ætas, Honestas, sive famæ integritas, Doctrina, Titulus, cæteræque qualitates ad ecclesiasticos Ordines suscipiendos necessariae commendentur. Litteræ verò dimissoriae ab alio, quàm à proprio Ordinario Dicecesano seu ejus Vicario prædicto impetratae nullius sint roboris seu momenti; easque concedens contra Concilii Trid. decreta. ab officio & beneficio per annum suspensus sit: nisi à Capitulo Cathedrali post annum à die vacantis sedis Episcopalis, aut infra eum annum, ubi ecclesiastici beneficii recepti,

septi, aut recipiendi occasione Ordinandus fuerit arctatus.

C. Nullus e. quando dñst. 24. c. quoniam in plerisque ubi gloss. verbo Vicarium, de effi. Jud. Ord. c. si Episcopus de Prab. in 6. & explicatius Conc. Provinc. Colonien. locis supra citatis, Menoch. de arbitr. Judic. cas. 222. n. 9. Tiberius instruct. Ordinand. cap. 7. quæst. 51. vers. quod si absente &c. gloss. fin. in c. cum nullus de temp. Ord. in 6. Rota apud Seraphinum decis. 985. n. 3. c. cum nullus, c. nullus de temp. Ord. in 6. Concil. Trid. sess. 7. de reform. c. 11. & sess. 23. de reform. c. 3. 8. & 10. Conc. Trid. sess. 7. de reform. c. 10. & cit. sess. 23. c. 10.

*Quod nec
Vicario in
Spirituali-
bus Generali
aut Officiali
vel cuiquam
alteri licet.*

§. 13. Cum autem crebro comper-
tum sit nonnullos ex Civitate vel Ar-
chidiecepsi Nostra Colonienſi indoctos,
ac vitæ non satis probatæ, nec aliis re-
quisitis à sacris Canonibus & Oecume-
nico Concilio Tridentino dotibus &
qualitatibus præditos, fuisse Ordinatos;
alios verò ut Generalis Nostri Colo-
nienſis in Pontificalibus Vicarii inquisi-
tionem & examen subterfugerent,
quin & minus idoneos, rudes & igna-
ros ab eodem Nostro in Pontificalibus
Vicario, tanquam inhabiles & indig-
nos rejectos. Dimissorias literas variis
modis extorsisse; atque earum præ-
textu in exteris Dicecesibus sacros Or-
dines furtivè & interstitiis minimè ser-
vatis suscepisse: unde gravia plerum-
que nata sunt incommoda & offendi-
cula; eum sic dolosè vitiosèque Ordina-
ti,

nati, nec divina officia peragere, nec ecclesiastica Sacramenta rectè valuerint administrare. Nos pro Officii Nostri debito tantis de hinc malis obviare volentes, severè prohibemus Colonienfi Nostro tum Officiali, tum Vicario in spiritualibus Generali, tum aliis omnibus, ac singulis ubivis locorum Archidiecefis Nostræ Colonienfis, constitutis Officialibus, Vicariis, Commissariis atque ministris quocunq̃ue nomine vocentur, aut vice Nostra fungantur munere, ne illorum quispiam deinceps ulli Civitatis vel Archidiecefis Nostræ Colonienfis subdito quantumlibet exempto litteras dimissorias ad primam Tonsuram, ecclesiasticumve Ordinem seu minorem seu majorem ab alieno Episcopo suscipiendum, quantumvis gravi ac legitimâ causâ urgente, concedat; neque etiam Archidiecefanorum Nostrorum Colonienfum quemquam permittat ab alieno Episcopo Ordinari, nisi habitis prius à Nobis seu Generali Nostro in Pontificalibus Vicario literis dimissoriis. Insuper sub pœna suspensionis inhibemus Archidiecefanis Nostris Colonienfibus quibuscunque, etiam exemptis, ne quisquam illorum ab alieno Episcopo Clericalem Tonsuram vel ecclesiasticum aliquem Ordinem accipere præsumat, absque speciali Nostra, Nostrive

Nostrive Vicarii in Pontificalibus Generalis licentia in scriptis obtenta.

Licentia ab alieno Episcopo suscipiendi primam Tonfuram vel ecclesiasticum Ordinem seu minorem seu maiorem impetranda est proprio Episcopo Diocesano seu ejus Vicario in Pontificalibus Generali, penes quem est jurisdictione Ordinandi quosvis subditos Diocesanos Ordinis capaces, tum seculares, tum regulares, exemptos & non exemptos. *c. quoniam in plerisque de Offic. Jud. Ord. ubi gloss. verb. Vicarium & DD. passim c. si Episcopus de prob. in 6. Conc. Trid. sess. 7. de reform. c. 11. sess. 14. de reform. c. 3. sess. 23. de reform. c. 3. 8. & 10.* Vicarius autem in Spiritualibus Generalis, item Officialis Episcopi, hanc potestatem alienum Episcopum adeundi, nulli subdito ordinando facere potest, cum ad hoc se non extendat ipsius officium, sicut expressè ait *text. in c. cum nullus de temp. ord. in 6. & gloss. in c. licet de Officio Vicarii eodem 6.* nec etiam Archidiaconus *c. significasti de offic. Archid.* is enim Ordinario jure potest dimissorias literas dare, qui & licet ordinare valet. *Gloss. fin. in d. c. cum nullus;* cum ejusdem sit potestatis ordinare, vel literas dimissorias concedere. *Ita Rota apud Seraphinum decisi. 985. n. 3.*

*Ad eundem
Suffraganeum
spectat
Sacramenta
omnia Eccle-
siastica mi-
nistrare.*

§. 14. Præterea ad Vicarium Nostrum in Pontificalibus Generalem pertinet Sacramenta Baptismi, Confirmationis, Pœnitentiæ, Eucharistiæ, Extremæ Unctionis, quibusvis Civitatis & Archidiecepsis Nostræ Colonienfis personis, ubi, quando, & quoties expedire

pedire sibi videbitur, ministrare, & eandem Matrimonii assistere.

§. 15. A casibus Nobis quomodolibet reservatis pœniteres absolvere. *A Casibus reservatis absolvere.*

§. 16. Similiter sacrosanctum Missæ Sacrificium, majoresque & minores Horas Canonicas, quæcunque alia divina officia solemniter & Pontificali ritu in Ecclesiis & locis Civitatis & Archidicecesis Nostre Colonienfis, in quibus id ad majorem Dei gloriam, animarumque consolationem & profectum spirituales pertinere judicaverit, celebrare ac decantare; populo solenniter ac pontificaliter benedicere. *Horas Canonicas & Missæ Sacrificium Pontificaliter celebrare.*

Conc. Provinc. Colon. sub Hermanno 5. par. 7. cap. 37. pag. 384.

§. 17. De rebus divinis, tum ad Clerum, tum ad populum publicè ac privatim, prout occasio & necessitas postulabit, ad pectora auditorum inflammanda, & in mentibus illorum Dei timorem, amoremque ingenerandum, verba facere; cæteraque omnia ac singula alia munera Pontificalia, etiam quæ notam aut expressionem magis specialem requirerent, nec censentur comprehensa sub generali hujusmodi Nostre declaratione & decreto, erga personas aliquin habiles & idoneas exercere, obire & peragere, juxta Pontificalis Ritualisque Romani & Cære-

ræmonialis Episcoporum præscriptum.

*Concilio Ec-
clesiastico
præsidere.*

§. 18. Volumus etiam, ut Genera-
lis Noster in Pontificalibus Vicarius
pro tempore existens à fel. mem. Er-
nesto & Ferdinando Archiepiscopis &
decessoribus Nostri Præses Consilii
Nostri Ecclesiastici Colonienfis consti-
tutus, idem Consilium, quoties vide-
bitur, convocet, occurrentes causas
& supplicationes Consiliariis ad deli-
berandum clarè proponat, suffragia sin-
gulorum exquirat, & juxta illorum po-
torem partem concludat, conclusæ
executioniemandari curret: iis tamen,
quæ majoris fuerint momenti, ad
Nos prius relatis. Absente autem No-
stro in Pontificalibus Vicario, alius ab
ipso ex Consiliariis Nostri Ecclesiasti-
cis substitutus eo tempore suppleat
ejus vices, atque prædicta perficiat.

*Denique si-
cuti Suffra-
ganeum ob
Episcopalem
qua præmi-
net Dignita-
tem, ab om-
nibus hono-
rari par est,
ita & orna-
mentis, at-
que insigniis
Pontificali-*

§. 19. Porro cum ex gravissimo
Tidentini Concilii decreto, tum Cæ-
rimonialis Episcopalis præscripto E-
piscopis quibuscunque ferid præcipi-
tur, ut tam foris, quàm in Ecclesia
gradum suum & Ordinem præ oculis
habentes, ubique se Patres & Pastores
esse meminerint, nusquam autem ira-
indignè se demittant, ut, qui Patrum
locum tenent, ministrorum munus
subire videantur, reliquis verò tam
Prin-

Principibus, quàm cæteris omnibus, ^{bus ubique}
ut eos paterno honore ac debitâ re- ^{decorari.}
verentiâ prosequantur, ibidem incul-
cerur, non tantum fas est, quin sacris
Canonibus Conciliis generalibus, atque
diversis aliis apostolicis Sanctionibus ad
Episcopalis dignitatis decorem & gra-
vitatem pertinentibus inhærentes cense-
mus, & hoc Nostro decreto declaramus
eundem Nostrium in Pontificalibus Vi-
carium tanquam ad universitatem cau-
sarum & officiorum Pontificalium in Ci-
vitate & Archidiecepsi Nostra Colonien-
si exercendorum, de speciali consensu
Nostro, Apostolicâ auctoritate de-
legatum, atque adeo Ordinariâ de
jure communi, jurisdictione sive po-
testate præditum, per eandem Civita-
tem & Archidiecesin Nostram & in
quibusvis Ecclesiis & locis, qualia-
cunque præeminenti dignitati Epif-
copali competentia indumenta, orna-
menta, paramenta & insignia publicè
& privatim gestare; Mitrà & Baculo
Pastorali in functionibus suis Episcopa-
libus uti: universis item & singulis ju-
ribus, honoribus, prærogativis ac præ-
eminentiis, quibus Episcopi Titulares
aliorum Episcoporum Vicarii in Pon-
tificalibus Generales, atque alii Anti-
fices extra Romanam curiam, in
aliena Dicecesi de jure, usu, & consue-
tudinē

tudine respectivè uti, frui, & gaudere possunt & debent, pari modo liberè ac licitè uti, frui, & gaudere possunt & debere, singulis nostris subditis Nostrâ, reliquis verò Concili Tridentini auctoritate mandantes, ut antedictum Nostrum Episcopali dignitate præfulgentem Vicarium paterno quoque honore ac debitâ ubivis reverentiâ prosequantur; nec ipse status sui oblitus, Pontificiam suam dignitatem indecenti quadam demissione, & debiti habitus neglectu labefacter, dedecoret, vel dehonestet.

Conc. Trid. sess. 25. de reform. c. 17. Cærem. Episc. lib. 1. c. 4. pag. 17. col. 2. & seq. c. Episcopus in Ecclesia dist. 95. c. quis dubitat. cap. duo sunt, cum seq. dist. 96. c. solita de major. & obed. Menoch. conf. 52. num. 38. 88. 89. 90. 91. & seq. Rota apud Caputaquæ. part. 1. decis. 307. num. 1. 3. & 4. c. quoniam in plerisque de offic. Jud. Ord. ubi gloss. & Hostien. verbo vicarium disertè ajunt Episcopum alterius Episcopi Vicarium in Pontificalibus Generalem seu Suffraganeum habere ordinariam jurisdictionem sive potestatem: & colligitur ex c. si Episcopus de Præb. in 6. Quod Episcopus, cui in aliena Diœcesi Episcopalia munia obire Apostolica auctoritate conceditur, uti possit Mitrà & Baculo Pastoralis, expressè habetur in Cærem. Episc. lib. 1. cap. 17. pag. 91. col. 1. in fin. & col. 2. Differentiam vero Baculi Episcopalis à Baculo Abbatiali vide apud Garant. in Rubr. miss. par.

CAPUT II.

Alia verò quam suprà dicta spiritua-
lis Jurisdictionis exterioris & in-
terioris exercitia, quæ nullum ordinarium
Juris processum, neque Judicem pro tribu-
tali sedentem requirunt, Vicario Nostro in
spiritualibus Generali incumbunt, ut sunt
quascunque Collegiatus earumque Capitula;
nec non Parochiales, cæterasque alias Ecce-
lesias & personas, item Monasteria, Conventus,
Ecclesias quorumvis ordinum Regularium, tam
virorum, quam mulierum, etiam Nobilium
Virginum Canonissarum appellatarum Col-
legia, Hospitalia, Confraternitates laicorum
& omnia, quocunque nomine censentur,
loca pia Civitatis & Archidiecefis Nostræ
Colonienfis tam in capite, quam in membris,
assumpto secum Notario Clerico non conju-
gato, vel saltem aliquo Presbytero, quotan-
tis, quin etiam toties, quoties opus fuerit,
cum Archiepiscopali Nostrâ ordinariâ, tum
Apostolicâ Nobis à Concilio Tridentino &
Apostolicis Constitutionibus delegatâ aucto-
ritate visitare, ac de fide, vita, moribus &
regimine Abbatum, Præpositorum, Decano-
rum, Canonicorum, Parochorum, Vicari-
orum, Capellanorum, Sacellanorum, Offi-
ciatorum, quarumcunque personarum Regu-
larium, Custodum, Ludimagistrorum, Edi-
lium, Provisorum, reliquorumque incola-
rum diligenter inquirere, excessus subdito-
rum corrigere, & delinquentes, prout qua-
litas excessus exegerit, punire, contradicto-
res quoslibet & inobedientes sub censuris &